



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De prosperis successeibus in Vocatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Coccinum) id est, filium coccinei coloris, rosen  
rot, uel lichtrot.

Phares) פָּרָעַז Pharez, à Pharaz, id est, interrupt,  
diuisit.

Zaram) חָרָץ ortus est, indigena.

CAPVT TRICESIMO  
SIMONO  
NUM.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. De prosperis successibus in  
Vocatione.
- II. CONTINENTIA Ioseph.
- III. De Calumnia.
- IIII. De causis, Cur Ioseph innocens  
tantis aerumnis subijciatur. Et  
de consolationibus piorum in  
Cruce &c.

I.

IN omnium uocationum laboribus obeundis uti-  
lissima

lissima & salutaris Regula est. Necessaria est uocationis officia diligenter & constanter facienda esse, & simul fide à Deo petendum & expectandum esse auxilium, & sperandos euentus salutare, etiam si non statim eos cernimus, & solis humanis consilijs & uiribus non posse foeliciter regi uocationem, nec salutaria agi, ut hic dicitur, Fuit Dominus cum eo, & omnia prospere egit. Et Christus inquit, sine me nihil potestis agere. Item, Commenda Domino uitas tuas, & ipse faciet. Et similia dicta passim extant, Χωρίς Θεού ἡμῶν οὐδὲν εὐτυχῆ ἔροδῃ. Item, Θεὸς δὲ δόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, Ἐμὴ δὲ δόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος.

## II.

## CONTINENTIA

Ioseph.

Non solum ingens ceterarum uirtutum ornamentum est, Castitas uitans libidines à Deo prohibita, sed etiam prorsus in omnibus pijs necessaria est. Nam sine eo nemo placet Deo, nec possunt in mente impudica simul existere fiducia in Deo acquiescens uera Inuocatio, Dilectio Dei, & ceteræ uirtutes. Imo æternis & presentibus pœnis omnes contaminati spurcicie plectuntur. Quare singulari intentione & cura, casti pudoris decus ab omnibus pijs tenenda.